



Ad

*Nobil. Politissimumq; Dn. Respondentem*

## PRÆSES.

**F**elix es, Mi BECKERE, qui unò  
factu gloriam obsequii prudentiæq;ve hodiè  
mereris. Postquam enim mentem eorum,  
à quibus ratio studiorum Tuorum hætenus pen-  
det, nuper intellexisti, specimen nimirum progres-  
sionum, quas in bonis literis fecisses, publicè dan-  
dum decenterq; offerendum esse; ad parendum Te  
promptissimè composuisti, modumq;ve, quem illi,  
non quidem in Campo Martio sed quietis Musarum  
sedibus velitare volebant esse, approbasti. Nec  
facilè, scio, dabitur, qui de Tua parendi promptitu-  
dine dubitare aut in ea desiderare ausit quidquam.  
Argumentum tamen quod pugnando defenden-  
dum suscepisti, spem speciemq;ve gloriæ, quam ob  
prudentiam audeo Tibi polliceri, prorsus evertere  
videtur. Tu enim cum scopum studiorum Tuo-  
rum elegeris Theologorum mysteria, quibus, judiciò  
Taubmanni, — — *Minor peccandi adest occasio;*  
quò commodo tuo de Jure, quod vel à Natura vel

A 2

ab